Humilis, e. Calceamentis humilioribus utendum 8, 22, 7. resupinus collocandus est (aeger,) sic. ut Caput humile sit 7, 26, 103. homo collocatur alto Sedili, medicus autem humiliore adversus 8, 10, 40. μυρμήκια autem vocantur humiliora thymio durioraque (Tubercula) 5, 28, 227. *translate:* quae (genera gestationis) adhibenda sunt & pro viribus cujusque & pro opibus, ne aut imbecillum hominem nimis digerant, aut humili desint 2, 15, 6. i. pauperi.

Humor, oris. *synon.* liquor 7, 21, 11. quo facto (i. bronchocele aperta,) sive humor est, profluit: sive quid densius, digitis educitur 7, 13, 3 opp. quotiescunque non adjicio, quod genus humoris adjiciendum sit, Aquam intellgi volo 6, 6, 131. conf. 6, 6, 49. humor aquae similis vid. inf. i. fluida corporis: vere tamen maxime, quaecunque humoris motu novantur, in metu esse consuerunt 2, 1, 14. utiliaque haec genera (sudorem sicco calore eliciendi) sunt, quoties humor intus nocet, isque digerendus est 2, 17, 4 conf. 1 pr. 106. in infante intus emortuo 7, 29, 24. 25. i. sanguis: ex quo evenit (sub ictu calvariae,) ut humor ad membranam (duram matrem) quidem descendat, exitum vero non habeat 8, 4, 46. conf. 5, 27, 44. i. urina 3, 21, 30. synon. pituita 6, 6, 123-134-135. conf. inf. i. succus mali Punici: malum ipsum super prunam imponere (oportet,) quod, dum humor intus est, non aduritur 4, 19, 26. i. oleum: humor ex amaris nucibus aut ex nucleo mali Persici expressus 6, 7, 15. i. lente crystallina oculi: sub his gutta humoris est, ovi albo similis, a qua videndi facultas proficiscitur: κρυσταλλοειδὴς a Graecis nominatur 7, 7, 126. igitur vel ex morbo vel ex ictu concrescit humor caet. isque paulatim indurescens interiori potentiae (videndi) se opponit (in suffusione s. cataracta) ib. 127. i. potulentum: dixit, saepe interiore parte humorem non requirente, os & fauces requirere 3, 4, 19 synon. 18 potio. add. 3, 6, 5 coll. 4. ib. 9. 4, 2, 66 & 4, 12, 5 opp. cibi 5, 27, 47. i. sorbitio & similis materia fluida: cibus autem febricitantibus humidus est aptissimus, aut humori certe quam proximus, maximeque sorbitio 3, 6, 32. i. decoctum: ficus pinguis vel in mulso, vel in aceto & melle (coquitur;) ex quibus quum ficus discocta est, is humor percolatur 6, 9, 11. homo in aquam demittetur, in qua marrubium decoctum sit, aut cupressus, aut myrtus; idemque humor clystere intus adigetur 7, 27, 10. conf. 5, 25 13. 6, 18, 27. i. medicamentum quod instillatur 6, 7, 14 coll. 13. i. fluidum excrementitium in variis morbis vitiisve, ut in universum 1 Pr. 106. 5, 28, 74. Aurium humor 2, 1, 42 in infantibus tenerisque adhuc pueris: in sono aurium 6, 7, 84. humor in Bronchocele 7, 13, 2-3. 5, 28, 108. qui ex Carie fertur 8, 2, 20. habere humorem glutinosum Dentibus inhaerentem in morbo

Ὑδροφοβία.

Ὑδροφοβία, ας. solet autem ex eo vulnere, (*quod* morsu rabiosi canis factum est,) ubi parum occursum est, aquae timor nasci: ὑδροφοβίαν Graeci appellant 5, 27, 18, *quo loco tractatur.*

Ὕδρωψ, ωπος. in ὕδρωπα, quam Graeci vocant, incidunt 3, 21, 1.

Hydrops, opis. qui ex quartana in hydropa deciderat 3, 21, 31. *tractatur eo cap. & 7, 15. conf. synon.* Aqua inter cutem.

Hydropicus, a, um. *tanquam substantivum:* si materia extrahenda est, ut in hydropico 5, 18, 4. aquam his, qui hydropici sunt, emitti oportere 7, 15, 1. illa (*hydrocephalo affecto*) cum hydropicis communia sunt 4, 2, 29.

Hyoscyamum, i. 3, 33, 7: Hyoscyamus, i. 3, 18, 43. simul reprimit & refrigerat 2, 33, 7. quidam somnum moliuntur (*in* phreniticis) potui dando aquam, in qua papaver aut hyoscyamus decocta sint 3, 18, 43. si hyoscyamum (aliquis ebibit) 5, 27, 80. Corticis hyoscyami 5, 18, 64. hyoscyami Folia cum ovi vitello cocta 6, 6, 87. hyoscyami Radix vel in posca vel in vino mixto coquitur *caet.* 6, 9, 6. hyoscyami Seminis 5, 25, 5. hyoscyami Succus 6, 7, 46. hyoscyami succi dimidio minor portio 6, 7, 45.

Hypericum, i. hyperici *genit.* 5, 20, 18. 5, 23, 15.

Ὑπὸ τὴν σάρκα, species hydropis 3, 21, 5.

Ὑπόχυσις, εως. suffusio quoque, quam Graeci ὑπόχυσιν nominant 6, 6, 200. *v.* Suffusio.

Hypocistis, idis. exedit corpus 5, 7, 2. hypocistidis succi *genit.* 5, 23, 7. 18.

Hyssopum & Hyssopus, i. hyssopum mali succi est 3, 21, 3. alienum stomacho (est 2, 25, 4. urinam movet 2, 31, 1. sensus excitat 2, 32, 2. *it.* hyssopum *nominat.* 4, 2, 38. 4, 6, 16. 4, 8, 10 4, 9, 11. 4, 17, 3. 7. contritum 4, 17, 3. aqua mulsa, in qua hyssopum decoctum sit 4, 6, 16. hyssopum ex aqua mulsa 4, 17, 7. aqua, cum qua vel Hyssopus cocta, vel contrita capparis radix sit 4, 4, 29. hyssopi *genit.* 5, 25, 27 potio hyssopi 4, 5, 6. paulum hyssopi contriti 5, 28, 216. hyssopum esse debet. 1, 3, 50. hyssopum cum mulsa aqua decoquere 4, 4, 11. in potionem autem hyssopum dare (oportet,) cum quo ficus arida sit incocta 4, 7, 6. oportet autem hyssopum altero quoquo die bibere 4, 4, 53.

I.

Jaceo, ere. alterum (ovum) jacere in aqua bene calida debet 6, 18, 84. quae (iris) in aceto quam acerrimo jacere per viginti dies debet 5, 18, 71. *de homine cubante, vel in latus aut dorsum prostrato:* quum conquiescit aliquis aut jacet, interdum ex toto desidit (*enterocele*) 7, 18, 17. si in latus aut dextrum aut sinistrum, ut ipsi in usu est, cubat (*febricitans* aliquis,) cruribus paulum reductis; qui fere sani quoque jacentis habitus est 2, 3, 1 *i. in lecto ad quietem & somnum compositi. peculiariter de aegro:* ubi supinus aeger jacet, porrectis manibus & cruribus 2, 4, 1 *synon.* cubat 2, 6, 11. num sine sensu quasi dormiens jacuerit (is, *cui* calvaria percussa) 8, 4, 2, si diutius aut jacet, aut alioqui jacere consuevit (femina *quae ex hysterica suffocatione* prostrata est) 4, 20, 5.

¶ Jacens *i aeger.* tertium auxilium est, imbecillitati jacentis cibo vinoque succurere 3, 19, 12.

¶ ad rem pertinet, Corpus recte jacere (*post lithotomiam*) 7, 27, 7. *conf. postea* in transversum, omne autem Membrum, quod cum vulnere loco motum, neque repositum est, sic jacere convenit, ut maxime cubantem juvat, *caet.* 8, 25, 9.

¶ Extentis jacere feminibus & cruribus oportet 7, 27, 30. In aceto; In aqua, *v. a principio.* ab ea parte, In quam nasus (fractus) jacet 8, 5, 9 *i. concidit.* aut In transversum jacet (corpus *infantis in utero* emortui) Recte, *v. sup.* corpus. Sic, Sine sensu, Supinus, *v. in superiorib.*

Jacio, *unde.*

Jactus, us. in morbo hepatico inimicus est 4, 8, 14.

Jactura, ae. usus quoque necessario jactura fit 7, 9, 2.

Jacto, are. jactare brachia & crura (mali morbi testimonium est) 2, 4, 6, mutare debere regiones, &, si mens redit, annua peregrinatione esse jactandos (insanientes *antea*) 3, 18, 81 *i. in motu & agitatione habendos.* quum in omni fere medicorum volumine atque sermone jactentur (*ea* Vocabula) 6, 18, 2 *i. usurpentur crebro.*

Jactatio, onis. jactatio corporis (in febre) 3, 9, 6. quae (remissio febris) etiam immoratur, & jactationem fervoremque corporis, quem ζέσιν Graeci vocant, minuit 3, 11, 8 quum frigus subit, sive aliqua jactatio 4, 13, 19 *synon* corporis motus 18.

Jam, *adv.* moriente homine, imo jam mortuo I Pr. 68. ad ultima vero jam ventum esse, testantur nares acutae, collapsa tempora, *caet.* 2, 6, 2. eam (cutem) jam emortuam esse 7, 2, 23. *conf.* 2, 6, 35. *caet.* jam triduo 2, 6, 5. *a verbo suo disjunctum:* jam ad sanitatem inclinantibus (morbis) I Pr. 90 pro jam inclin. cibo vero jam paulo pleniore uti licet 1, 3, 81. jam inflammatione orta 5, 26, 164. *caet. postpositum suo verbo:* incipiente vero jam pube 2, 1, 46 *pro* jam incip. extenuato jam corpore 2, 8, 101. quod perpurgatis jam repletisque ulceribus necessarium est 5, 26, 281. *add.* 3, 5, 20. 38. 3, 6, 43. 5, 27, 30. 7, 2, 6. *caet. interpositum binis vocibus:* quinto jam die, quanta inflammatio futura est, se ostendit 5, 26, 166. major jam parte 8, 1, 64. tota jam tunica 7, 20, 21. *i. nunc:* si vinctus aliquis (insaniens,) dum levari vinculis cupit, jam se sanum fingat 3, 18, 12. & jam sine dolore profluens urina) 4, 20, 22. *add.* 7, 8, 7. 8, 4, 5. *i. tunc:* quod (os pectoris) valens ac durum a faucibus incipit, ab utroque latere lunatum, & a praecordiis, jam ipsum quoque cartilagine (*xiphoide*) mollitum, terminatur 8, 1, 62. *i. supra, antea:* quatenus medicamentis agendum sit, jam explicui 7, 7, 148 *scil.* 6, 6, 15 seqq. adusta quomodo curanda sint, jam explicui 7, 7, 180 *sc.* 5, 27, 87 seqq. quod semper eodem modo servandum esse, jam posui 7, 17, 5 *sc.* 7, 2, 26. jam Alias: suffusionis jam alias feci mentionem 7, 7, 115. polypum vero *caet.* praecipue ferro curari, jam alias posui 7, 10, 1 finito vitio quemadmodum agendum esset, jam Alias superius exposui 7, 30 extr. quum jam Ante misera conditio vulneris sit, tamen id interdum majus diuturniusque faciat 8, 10, 103. jam diu 2, 17, 12. interest, sine tumore is (dolor) sit, an tumor cum calore, an tumor jam Etiam occalluerit 4, 24, 10. jam Non, *i. non amplius:* isque propter imbecillitatem jam Non audit, aut Non videt 2, 6, 10. exspectandum igitur est, donec jam non fluere, sed duritie quadam concrevisse videatur (suffusio) 7, 7, 134. quas tamen species si quis curiosius aestimet, (quod jam ad medicum non pertinet) 2, 14, 6. jam Paene 8, 10, 25. jamQue 2, 8, 119, 2, 17, 15. 3, 12, 9. 4, 3, 22. 4, 4, 14. 4, 6, 12. 5, 26, 196. 243. 5, 28, 147. 6, 6, 64. 72. *caet. in transitione i. porro:* 7, 2, 18. 8, 1, 54. jamQue Etiam 7, 1, 2. jamQue ad usus Quoque suos id membrum promovere (oportet) 8, 11, 3). jam.Quoque 8, 1, 62. jam Satis 2, 165.

ſtomachus

ſtis difficilius ſanantur alae & *κενεῶνες* & femina. Celſus *autem ipſe ἀπὸ τῶν κενεώνων Hippocr. Prognoſt. Cap* 8. *num.* 3, *&* *Coac. Praenott. Sect.* 3. *num.* 276, *vertit* 2, 7, 12 ab ilibus. *Similiter* Caelius Aurelianus de Acutis Paſſionib. Lib. 2. Cap. 33 *ilia vocat* inania & celata loca. Medicina omnis inanis eſt 7, 16, 5 *i. fruſtra.*

Inareſco, ere. qui (Bulbi) ubi inaruerunt 3, 19, 20. ubi Collyria diu facta inaruerunt 6, 6. 50. deinde ubi inaruerunt (Haec) 6, 7, 35. quum inaruit (Hoc) 6, 6, 43. ſi Lingua ne per ſomnum quidem inareſcit 2, 8, 20, arida Medicamenta contrita humore non pingui -- coguntur, & rurſus coacta inareſcunt 5, 17, 17 *de* paſtillis. interdum tamen inareſcit (Polypus narium) 6, 8, 22. Quae - deinde ubi inaruerunt 6, 18, 20. dum madet (Spongia impoſita) prodeſt: itaque, ut inareſcat, non eſt committendum 5, 26, 131.

Incaleſco, ere. quum primum Aliquis inhorruit, & ex horrore incaluit 3, 12, 7. ſi Corpus ſupra conſuetudinem incaluit 2, 2, 4. quum magis Corpus incaluit 3, 9, 4. ubi, quod ex eo impoſitum eſt, incaluit, detrahendum & ſubinde aliud imponendum eſt 4, 24, 19. eaque (Terebra,) ne nimis incaleſcat, ſubinde in aquam frigidam demittenda eſt 8, 3, 22.

Incendo, ere, juxta (lethargicum) etiam galbanum incendunt; aut cornu cervinum; ſi non eſt, quodlibet aliud 3, 20, 5 *ſynon. ibid.* comburere. ſi Caput in ſole protegit, ne incendatur 1, 5, 6. potio quam dilutiſſima, ut & ſitim tollat, nec Corpus incendat 1, 3, 79. eas partes, quae tument, ſubjicere ſoli oportet, ſed non nimium, ne Febriculam incendat 3, 21, 40 *i. accendat, excitet, efficiat.*

Incero, are. *unde* Inceratus: ex ferula facto canaliculo, eodemque intus incerato 8, 8, 13.

Incertus, a, um. quum igitur illa (Cauſa) incerta incomprehenſibiliſque ſit I Praef. 52 *ſynon.* dubia, quae in dubio eſt, *opp.* evidens, certa, *ib.* 51. 52. 84. petet autem (medicus) novum quoque conſilium, non ab rebus latentibus, iſtae enim dubiae & incertae ſunt; ſed ab his, quae explorari poſſunt, id eſt, evidentibus cauſis I Praef. 84. Febres incertae 2, 1, 18. *v.* Febris. quorum (oſſium) Numerus incertus eſt 8, 1, 88. ſi Somnus incertus eſt 3, 2, 7 *i. interruptus.* ubi incerta Tempora (febris *ſ. paroxyſmi*) ſunt 3, 12, 2. Incertum eſt enim, quando febris ventura ſit 3, 12, 3.

Inchoo, are. haec (narium foramina) primum, a ſuperciliis angulisque oculorum, oſſe inchoantur ad tertiam fere partem; deinde in cartilaginem verſa, *caet.* 8, 1, 23. hi quoque morbi, qui in articulis nervisque modo urgent, modo quieſcunt, tum maxime & inchoantur & repetunt 2, 1, 16.

Incido, *a* caedo, ere. interiore Abdomine inciſo 7, 15, 3. vivorum hominum Alvum atque praecordia incidi I Praef. 66. Arteria inciſa 2, 10, 44 *de miſſione ſanguinis.* ne Arteria incidatur 7, 5, 10. quà inciſum eſt (Capitulum haemorrhoïdis) 7, 30, 22. incidenda ſcalpello Caro usque ad os eſt, ſic, ut 7, 33, 4. ut ſimul cum carne, ſi quid ex calculo prominebat, incideret 7, 26, 69. ſi ea (Cartilago palpebrae) inciſa eſt 7, 7, 98. multo patentiorem fiſtulam habiturus eſt rupta Cervice (veſicae,) quam habuiſſet inciſa 7, 26, 49. a latere rectâ plagâ Coles incidendus (eſt) 7, 26, 15. inciſum Colem 7, 26, 16. neceſſarium ergo eſſe, incidere Corpora mortuorum I. Praef. 40 *i. cadavera, de anatome.* incidere autem vivorum Corpora, & crudele & ſupervacuum eſt: mortuorum vero, diſcentibus neceſſarium I Praef. 118 *de anatome.* inciſo Corpore I Praef. 67. inciſoque ſuper illa Corpore (*veſicae urinae*,) qua cavum ſubeſt, non ſecare, ſed relinquere, quod iterum incidi neceſſe ſit 7, 26, 67 *ſynon.* ſi Crudum (*apoſtema*) inciſum eſt 7, 30, 9. ſubter a ſumma ora Cutis inciditur rectâ lineâ usque ad frenum (*praeputii*) 7, 27, 16. incidenda Cutis eſt, & tum his (cucurbitulis) utendum 3, 21, 35. *v.* Cucurbitulae. Cutis incidenda eſt 8, 2, 27 duabus lineis incidenda Cutis eſt 7, 4, 36. paululum infra ſupercilium Cutis incidenda eſt lunatâ figurâ, cornibus ejus deorſum ſpectantibus 7, 7, 96. eaque (Cutis) incidenda eſt 6, 18, 48. ut, quà dolor eſt, eà ſcalpello cutis crebro incidatur 7, 1, 1 ad ultimum ejus (ſpecilli) caput incidi Cutis debet 7, 4, 25. incidi contra Cutis debet 8, 8, 11. juxta anum incidi Cutis plagâ lunatâ usque ad cervicem veſicae debet, cornibus ad coxas ſpectantibus paululum 7, 26, 45. ſic enim id (linum) paulatim Cutem, quae ſupra fiſtulam eſt, incidit 7, 4, 31. reperti ſunt, qui novem lineis Cutem capitis inciderent, *caet.* reperti ſunt, qui *caet.* leviter ſuper eos (muſculos) Cutem inciderent 7, 7, 165-166. Cute eadem ratione ſuper venam inciſa 7, 31, 8. eo loco Cute inciſa 8, 4, 26. Faſcia, aut mollis Habena, medio in longitudinem inciſa 8, 7, 12. ubi Fibulae ſunt, hae incidendae 7, 19, 41. demitti ſpecillum debet, ſupraque id ea (Fiſtula) incidi 7, 4, 3. recta Fiſtula ſcalpello erit incidenda 7, 4, 39. incidi Gingiva debet 7, 12, 14. 15. Haec (chalazia, tubercula) incidi debent, ſi ſub cute ſunt, ab exteriore parte; ſi ſub cartilagine, ab interiore 7, 7, 15. qui nocentes Homines, a regibus ex carcere acceptos, vivos inciderint I Praef. 41 *de anatome.* quatenus foede prominebit, excidendum erit, ſic, ut hamo ſumma tunica apprehendatur, atque infra, id ſcalpellus incidat 6, 6, 94. Id, quod ab eo (lineo) mordetur, inciditur 7, 4, 31. Idemque (*ſuppuratum*) ſub crudum incidendum 6, 13, 8. inciditur interdum Inguen, interdum ſcrotum 7, 19, 3. *v.* Inguen. in ſuperiore palpebra ſub pilis ipſis incidenda Linea eſt 7, 7, 89 ab interioribus ejus (quadrati) angulis Lineas transverſas incidere 7, 9, 5, ſub eaque (vulſella) Membrana incidenda 7, 12, 36. oportet autem Membranam duabus lineis inter ſe transverſis incidere ad ſimilitudinem literae χ 7, 28, 5, quos (Muſculos Nervosque) incidi non expedit 5, 26, 137. Narem incidendam eſſe ab ima parte ad os 7, 11, 6. ne Nervus - incidatur 7, 5, 10. Occipitium incidere 3, 23, 26. Occipitio inciſo 3, 18, 54. Omnia (tubercula cyſtica) per medium oportet incidere 7, 6, 11. hujusmodi loci altera Pars incidenda (eſt) 7, 9, 9. *conf.* 7, 19, 34. Praecordia, *v. ſupra* Alvum. Quicquid ſuper eas (oras) livet, aeque incidendum 5, 26, 229. calculi fractura ne Quid incidat 7, 26, 86. Quod incidi ſemel ſatis eſt 7, 12, 42 Quod deinde incidendum videbitur 7, 7, 83. in eo Quod inciſum eſt 7, 9, 13. inciditur Scrotum 7, 15, 3. *v.* Scrotum. majores Sinus (*abſceſſuum*) latius, interdum etiam duabus aut tribus lineis, incidendi ſunt 7, 2, 20. Subcrudum 6, 13, 8. ut, antequam vincirent (ſinum *vel* tumorem.) Summum unâ lineâ inciderent 7, 14, 22. incidere, quod Supereſt, ad extremum oportet 7, 8, 11. inciſa Suppuratione 7, 2, 31. juxta pubem in orbem Tergus inciditur 7, 25, 5. Tubercula, *v. ſup.* omnia medio Tumor (*al.* tumore) unâ lineâ inciditur usque ad tunicam 7. 13, 4. ſi Tumor modicus eſt, ſemel incidi; ſi major, duabus lineis debet, ut medium excida-

tur.

v. Caro

v. Caro. quodsi Caruncula increscere coeperit 8, 4, 39. posteaquam diducta ab aliis, habere professores suos coepit (chirurgice,) in Aegypto quoque increvit 7, Praef. 9. ut sine noxa postea Cutis increscat 8, 3. 32. in iis, in quibus genuini (Dentes,) qui sero gigni solent, non increverunt 8, 1, 39 *synon.* quum Dolor increvit 1, 9, 1. *add.* 1, 3, 56. cibique super haec Fastidium increscit 8, 4, 43 eaque (Febris) interdiu levior est: noctu increscit 2, 7, 9 *opp* Febre increscente 2, 14, 16. increscente Febre 2, 15, 5. 3, 5, 38. *opp.* remittente, in remissione, consistente jam incremento, *ib.* neve tum Febris increscat 2, 17, 13. simul enim Febris quoque increscit 3, 18, 18. quotidie quidem increscunt (Febres,) sed sine integritate tamen remittunt 3, 5, 11 *opp.* dum Febres quidem increscunt 3, 6, 37: si is (Humor) vehementer increvit 7, 18, 29. *v. inf. cum* inter. si Inflammatio increscit 7, 19, 42. necesse est quidem increscant (Ista *symptomata*) 2, 7, 94. ex eoque Inflationes, caligines, capitis dolores, aliaque superioris partis Mala increscunt 1, 3, 56. sin sub ea (tunica) Malum increverit 7, 19, 13. *conf. inf. cum* super, *&* tarde. modo increscere (haec genera Morborum,) modo consistere, modo minui consuevisse 1 Pr. 89 *opp.* ubi acutus (Morbus) increscens urget 3, 2, 5. increscit autem Morbus, dum *caet.* 3, 2, 6. atque in longis quoque Morbis -- scire licet, increscere, si *caet. ib.* 7. aliter increscentibus (Morbis medendum,) aliter subsistentibus, aliter jam ad sanitatem inclinantibus 1 praef. 90 *opp.* omne auxilium necessarium esse increscentibus Morbis, non quum jam per se finiuntur 2, 14, 12 *opp.* quaedam remedia increscentibus Morbis, plura inclinatis conveniunt 3, 2, 4 *opp. synon.* crescentibus *ib.* 5. neque in acutis Morbis, neque increscentibus 2, 14, 10. increscente Morbo 3, 6, 43. 4, 7, 12. Polypus, Professio, *v. inf. cum* per. fere quoque Pus increscit 6, 18, 80. omnia ista (Tubercula) diu paulatimque increscunt 7, 6, 4, si retentus est spiritus, non magnopere increscit (Tumor *epiploceles*) 7, 18, 15. Tumor is (*enteroepiploceles*) sine inflammatione modo minuitur, modo increscit *ib.* 16 *opp. conf. inf. cum* ad *&* inter. Venae, *v. cum* sub.

¶ *cum adverbiis, & conjunctionibus:* Adeo 6, 8, 19. Aliquando 5, 18, 77. 7, 18, 41. Celeriter, *v. cum* in. Circa 8, 6, 2. Diu 7, 6, 4. Donec 5, 28, 33. Dum 3, 6, 37. Fere 6, 18, 80. Jam 7, 4, 42. 8, 10, 73. Ibi 6, 18, 46. 7, 14, 5. Inde quoque caro increscens 8, 4, 77. Interdum 7, 14, 5. 7, 18, 37. eo Loco 8, 5, 17. non Magnopere 7, 18, 15. Modo, modo 1 Pr. 89. 6, 8, 19. 7, 18, 16. Noctu 2, 7, 90. Paulatim 3, 11, 3. 7, 6, 4. Postea 8, 3, 32. Protinus 5, 28, 33. Quodsi 6, 7, 58. 8, 4, 39. Quoque, *v. in superioribus.* Quotidie 3, 5, 11. Quum 5, 26, 5. 7, 18, 40. (8, 10, 73.) Raro 7, 18, 41. Retro 6, 8, 19. Rursus 6, 18, 46. Si, *v. in superiorib.* Simul 3, 18, 18. Super haec 8, 4, 43. Tarde 6, 4, 2. 7, 7, 37. Tum 2, 27, 13. Vehementer 7, 18, 29.

¶ *cum praepositionibus:* Ab ipso osse caro increscit 8, 3, 36. callus eo loco non Ad sanitatem tantummodo, sed etiam Ad tumorem increscit 8, 5, 17. Circa ipsum testiculum nervumque ejus increscunt 7, 18, 37. Ex eoque inflationes, caligines, *caet.* increscunt 1, 3, 56. si quando autem In articulis callus increvit 5, 18, 77. increscitque utrumque, In aliis celeriter, In aliis tarde 6, 4, 2, *conf. sup. cum* dentes. In cervice inter cutem & asperam arteriam tumor increscit 7, 13, 1. In medio caro incresceret 7, 7, 167. In membranis, *v. cum* inter. In Aegypto quoque increvit (chirurgice) 7 Praef. 9. vel Inter tunicas is (humor) increscit, vel in membranis 7, 18, 24. *add. ib,* 41. *& supra cum* in cervice. & Per hos quidem maxime viros salutaris ista nobis professio increvit I Praef. 19. modo Retro Per id foramen - adeo increscit (polypus narium, ut 6, 8, 19. isque (callus) si Per quietem increvit 8, 16 extr. interdum etiam Sub ima tunica, circa ipsum testiculum nervumque ejus increscunt (venae *varicosae*) 7, 18, 37. sin media tunica vexata erit, aut Sub ea malum increverit 7, 19, 13. quodsi Super ulcera caro increvit 6, 7, 58.

Incrementum, i. consistente jam incremento febris 3, 5, 38, quum vero in summo incremento morbus est 3, 7, 19. ubi incrementum (morbi) constitit 4, 7, 12.

Incubo, are. perniciosissimi sunt (serpentes,) quum incubant 5, 27, 69.

Inculco, are. non enim quidlibet antiquiores viros aegris inculcasse I Praef. 30.

Incumbo, ere. In aliquam partem id malum incumbit 2, 7, 78. Super humeros ejus (aegri) suis pectoribus incumbunt 7, 26, 31.

Incurro, ere. ut in ipsam exercitationem tempus febris incurrat 3, 15, 18 *i. paroxysmus.*

Incurso, are. quamdiu quidem febricula incursat 3, 22, 30. quodsi febris aut nondum incursat, aut jam remisit *ib.* 32 *de paroxysmo.*

Incurvus, a, um. incurvas vero esse eas (fistulas) paululum, sed magis viriles oportet 7, 26, 7.

Inde, *adv i. ab eo loco, parte, caet.* *synon.* ab 8, 4, 77. inde capita ejus (fasciae) supra caput Adducta, ibi ligentur 8, 7: 12. Diduci 7, 5, 17. Educere 4, 9, 11. inde tenuius intestinum Est 4, 1, 26. Extracta inde gutta 5, 25, 39. inde Latescunt (costae) 8, 1, 60. quae maxime inde urinam Movere consuerunt 4, 10, 4. inde femina Oriuntur 8, 1, 100. digitoque inde Promatur 7, 19, 10.

¶ *synon.* ibi 3, 21, 58. desinit enim fluere (sanguis) qua nolumus, inde objectis quae prohibeant 2, 10, 41.

¶ *i. ex materia, parte, caet.* inde collyrium factum 6, 7. 88. inde, si qua vitiosa sunt, circumcidenda sunt 7, 19, 10.

¶ *i. deinde.* urinae crebra cupiditas, sed magna difficultas est, & quod inde excretum est, aquae simile vel rufum vel pallidum est 2. 7, 32 *vel loco ejus*, urinae *scilicet.* ¶ sonitus ventris inde Ad inferiores partes devolutus 2, 3, 12. *add.* 4, 1, 38. inde usque Ad 8, 1, 58. inde, Deinde 4, 1, 38. 7, 5, 17. Deinde, ut inde 3, 21, 58. Deinde, inde 8, 7, 12. Deinde, inde, inde 7, 19, 10-11. inde Huc 7, 21, 9. inde In *cum accus.* 3, 22, 9. inde, In, In 4, 1, 23. Per eas inde In 4, 1, 33 quam longissime sanguinem inde, Ubi laedit, esse mittendum 2, 10, 37.

Indecorus, a, um. ut minus indecora ante fuerint (curta) 7, 9, 1. eoque & brevius Membrum & indecorum fit 8, 10, 120. apud nos indecorum, sed commune his herniae Nomen est 7, 18, 13. ut non satis intestina contineat (*peritonaeum*,) hisque intenta cutis indecora intumescat 7, 17, 3 *i. indecore: & sic quoque legendum cum antiquis editt.*

Indecore, *adv.* umbilicum indecore prominere 7, 14, 3. omnibus indecore, quibusdam etiam cum dolore, dependet (is testiculus) 7, 22, 18. cutis indecore intumescat 7, 17, 3.

Indico, are. Molles calculos *caet.* indicat urina secum trahens quasdam quasi squamulas 7, 26, 74. paucis ipsius oculi Natura indicanda est 7, 7, 116. prius Positus Figurasque eorum (ossium) indicabo 8, 1, 1. indicanda Quaedam puto *caet.* 8, 7, 1. indicandum est, quae maxime ex utraque parte dicantur.

dinate aget 4, 25, 6, opp. ib. omissis his legibus *diaetae & regiminis.* neque de te, sed de verbo controversiam movent, qui, quum aliter aliterque in eodem morbo febres accedunt, non easdem inordinatae redire, sed alias aliasque subinde oriri dicunt 3, 4, 25.
Inprimis, *adv.* inprimis tamen illud considerandum est 2, 2, 8. *add.* 8, 10, 54. inprimis autem ipsam considerare oportet 6, 7, 69. oportet inprimis conquiescere 4, 15, 6. inprimis-fovendum est 5, 28, 98. haec (febris) inprimis submovenda est 3, 21, 16 *i. primo.* ad viscera transeundum est, & inprimis ad pulmonem veniendum 4, 7, 1 *i. primo.*
¶ Atque inprimis In quibusdam perseverat tenuis pituitae cursus 6, 6, 123. Et inprimis 4, 7, 1. Igitur inprimis 5, 27, 28. 8, 7, 7. ubi inprimis dentes Nonnunquam moventur 7, 12, 2. Sed inprimis nutrix cogenda est exerceri 6, 11, 15. inprimis Tamen 2, 2, 8. proprie vero quaedam ad faeminas pertinent: Ut inprimis, quod 7, 28. 2.
Inquietus, a, um. inquieta cogitatione I Praef. 11.
Inquisitio, onis. longa inquisitione (calculi) vesica laeditur 7, 26, 80.
Insanabilis, e. *v.* Fistulae, Malum, Morbus, Vulnera.
Insania, ae. τὰ μανικὰ *Hippocr.* 2, 1, 15. φρενιτίδες *Hipp.* 2, 1, 51. incipiam ab insania: primamque hujus ipsius partem aggrediar, quae & acuta & in febre est: Graeci φρενῖτιν appellant 3, 18, 2. alterum genus insaniae est, quod spatium longius recipit, quia fere sine febre incipit, leves deinde febriculas excitat, *caet. ib.* 57. tertium insaniae genus est ex his longissimum, *caet.* hujus autem species duae sunt, *caet. ib.* 65. seq. in hoc insaniae genere solo (quod ex metu nascitur) recte vinum datur *ib.* 83. insania febricitantium, quam φρενῖτιν appellant 2, 1, 35. sine febre 2, 13, 5. 2, 15, 11. insaniae signa 2, 7, 65. In insania 2, 6, 15. insania Exspectanda est 2, 7, 46. Oriri solet 2, 1, 15. Oritur 2, 7, 75. quam celerrime Rapit 2, 1, 35. protinus insania Timenda est 2, 7, 60. insaniam Tollunt 2, 8, 39.
Insanio, ire. *phreniti laborare.* insanientes *accus.* 3, 18, 78. quod genus insanientium 3, 18, 82. neque Aeque insaniunt 2, 7, 69 omnibus etiam cum quadam Hilaritate insanientibus 2, 13, 2. Ne insaniat 3, 18, 55. Qualem insanientem-ferunt 3, 18, 66. neque ignorare oportet, leviorem esse morbum cum Risu, quam Serio insanientium 3, 18, 70. adversus omnium autem Sic insanientium animos gerere se *caet.* 3, 18, 32. cum Tristitia insanientibus 2, 12, 6.
Inscius, a, um. multae res id difficile inscio faciunt, quod perito facillimum est 2, 10, 48.
Inscribo, ere. in eo volumine, quod communium auxiliorum inscripsit 2, 14, 1.
Insequor, quutus sum, qui. ex insequentibus 5, 27, 93 *opp.* prioribus 91. per insequentes Dies 7, 15, 9. insequentibus Diebus 6, 6, 28. id (malum,) quod primum est, - Duo insequentia 4, 4, 23 *opp.* insequens (Fascia) priori adversa fit 8, 10, 22 *opp. v.* Profusio sanguinis. protinus aut Resolutio nervorum aut Distentio insequitur 5, 28, 27. ubi stomachus autem percussus est, Singultus & bilis Vomitus insequitur 5, 26, 56. simulque insequitur Tempus meridianum 3, 5, 18. Vomitus bilis insequitur 5, 26, 50. feteque bilis Vomitus insequitur *ib.* 52.
¶ Fere, Protinus, simul, *v. in anteced.*
Insero, ere. processus deinde singulorum (*interiorum*) & recessus, sive quid inseritur alteri, sive quid partem alterius in se recipit I Praef. 41 *opp.* Aqua, *v. cum* inter. superius autem humeri Caput-scapularum ossi inseritur 8, 1, 77. unctae manus indicem Digitum primum debet inserere (*in uterum*) 7, 29, 6. Id-inserendum huic operi meo credidi 4, 4 extr. insererent Linamenta sic, ut *caet.* 7, 7, 167 *sc. in factam cutis incisionem. add. inf. cum* in. procedentia ex talo recipit (Os calcis,) ut in sinum ejus inseritur 8, 1, 115. id, Quod inseritur (*in* narem) 8, 5, 9. Se, *v. cum* in. adversum Specillum inserendum, diducendaeque eo palpebrae sunt 7, 7, 50. Venena, *v. cum* per. secunda (Vertebra) superioris parti inferiori inseritur 8, 1, 49.
¶ Inque eum angulum, diductis palpebris, inserendum (linamentum) 7, 7, 45. cubitus-in summo capite duobus quasi verticibus exstantibus In sinum humeri se inserit 8, 1, 81. oriculario quoque clystere Inter eam (glandem colis) cutemque aqua calida inserenda est 6, 18, 7. adversus venena, vel Per morsus vel Per cibos aut potiones nostris corporibus inserta 5, 23, 3.
Insideo, ere. Fibula, *v. infra* sutura. Jecur, *v. cum* leviter. Morbus, *v. cum* penitus. si Ora ossis alteri insedit 8, 4, 48. Ramex, *v. inf. cum* supra. si quid Scobis membranae (*durae matri*) insedit, colligendum 8, 3, 30 utraque (Sutura & Fibula) optima est ex acia molli, non nimis torta, quo mitius corpori insideat 5, 26, 122. Telum, *v. cum* alte & intus. hae vero (Venae,) quae mediae imaeve tunicae, insident 7, 18, 38.
¶ si non Alte telum insedit, & in summa carne est 7, 5, 5, *synon.* quod (telum) perrupta cute integrum Intus insedit 7, 5, 28. quod (Jecur) prominens, Leviter ventriculo insidet 4, 1, 16. Mitius, *v. sup.* sutura. ubi vero Penitus insedit (malum) 5, 26, 228. longus tamen morbus, quum Penitus insedit 3, 1, 14. ubi Supra tertiam tunicam ramex insedit 7, 22, 7.
Insido, ere. duobus sedilibus junctis duo valentes insidunt 7, 26, 29. Cibus, *v. cum* jucundius. Os, *v. cum* deorsum, leniter. Sagitta, *v. cum* altissime. candens Ferramentum gingivis admovere, ut leviter attingat, non ut insidat 7, 12, 2 *opp.* vehementius imprimi (debet acus,) ut interiori parti insidat (Suffusio) 7, 7, 143. ut paulum tantum modo ad imum, cui Testiculus insidere possit, integrum maneat 7, 19, 26.
¶ nihil tam facile in corpus quam sagitta conditur, eademque Altissime insidit 7, 5, 15. quicquid (*ex* osse fracto) Deorsum insedit 8, 4, 58. id (jugulum) - altero capite In eo, quod posui, altero In exiguo sinu pectoralis ossis insidit 8, 1, 71. ut aegris Jucundius insidat (cibus) 3, 4, 57. atque ita inferiora ossa superioribus Leniter insidunt 8, 1, 13 *de* suturis super aures transversis.
Insignis, e. vir & arte & facundia insignis I Praef. 13.
Insinuo, are. radius in caput cartilaginosum consurgens, In cervicem ejus (cubiti) insinuatur 8, 1, 84. caeterae (vertebrae) processibus deorsum spectantibus In inferiores insinuantur 8, 1, 55.
Insisto, ere. rectus insistit (homo) 8, 1, 57. summisque digitis postea cruris ejus insisti 8, 10, 70. ut eo (clavo) insistente circumactus modiolus delabi non possit 8, 3, 7.
¶ ex quibus quia quam maxime pertinere ad rem concoctio videtur, huic potissimum insistunt (*disputantes*) I praef. 35 *i. hoc urgent.* si modo-non memoriae soli, sed rationi quoque insistit (medicus) I Praef. 98 *i. pro principio, fundamento utitur.* hi, qui pecoribus ac jumentis medentur, quum propria cujusque ex mutis animalibus nosse non possint, communibus tantummodo insistunt *ib.* 102 *synon.* ob quae conjicio, eum, qui

Incidendum 24. ut incisum colem integra Pars cutis contegat 7, 26, 16 *opp.* modo ruptis Tunicis-modo his integris 7, 18, 10 *opp. add. ib.* 35.

¶ *i. totus.* quod (genus telorum) perrupta cute integrum intus insedit 7, 5, 28 ut plumbea glans, lapis, *caet. ib.*

¶ *i. sanus.* quae (febris) ante alteram accessionem ex toto quievit, sic, ut Corpus integrum, quod εἰλικρινὲς Graeci vocant, fieret 2, 3, 7. scire autem licet, integrum Corpus esse, quum quotidie mane urina alba, dein rufa est 1, 2, 6. antequam ex toto integer fiat (Aeger *febricitans*) 3, 4, 55. si duabus horis integer futurus esset Aeger 3, 4, 53. *conf. cum* quam. Aliquid, *v. inf.* quicquid. Aliquis: qua (observatione) quis in pestilentia utatur adhuc integer 1, 10, 1. finitaque febre Biduum integrum est 3, 3, 6. bene integro Capite, - ubi aliquod in eo vitium est 6, 2, 4 *opp.* si tamen etiamnum integra est [Caro] 5, 26, 112. inter foramen (fistulae) & integram Carnem 5, 28, 201. eamque [Carnem] modo integram esse, modo carcinomati similem 7, 14, 5 *opp.* donec integrum id (in cartilagine laesa) sit, quod relinquitur 8, 2, 7 *opp.* quaeve (febres) sic continuent, ut-nec unquam integrum Corpus dimittant 2, 4, 13. aut Corpus certe integrum non esse 2, 7, 28. corruptum Corpus sit, an integrum 2, 10, 14 *opp.* ut detractio (sanguinis) imbecillum id [Corpus] facere possit, non possit integrum 2, 10, 31 *opp.* jamque Corpus tam integrum est, quam maxime esse in eo genere valetudinis (*febre*) solet 2, 17, 15. minus enim corrumpitur, quod integro Corpori infertur 3, 4, 52 *de alimento.* ut ab integro Corpore potissimum diduceretur (cibus) 3, 4, 53 die quarto demum (*post* febris *paroxysmum*,) si Corpus integrum est 3, 5, 5. is (cibus) dari debet, si quotidiana febris est, quae ex toto desinat, simul atque Corpus integrum factum est 3, 5, 10. si post alteram febrem motio manet, post alteram integrum Corpus est, integro Corpore cibo tempus aptius est 3, 5, 28. vitiosus sinus ab integro Corpore digito separatur 7, 13, 5 *opp.* ei (curationi) Corpus idoneum est id, quod integrum est: at quod mali habitus est, quodque papulas, impetigines, similiaque habet, idoneum non est 7, 14, 29. *add. inf cum* quam. utrum Diem praestat integrum, tertio redit (tertiana febris, 3, 3, 7. quarum (tertianarum quartanarumque) & certus circuitus, & Finis integer, & liberaliter quieta tempora sunt 3, 5, 7. integri Habitus (*vulneratus* facilius sanescit,) quam corrupti 5, 26, 32. an integra ea (Intestina) sint 7, 16, 2. quod (Latus) integrius est 7, 27, 8. quod est inter integrum ac vitiatum Locum 5, 26, 256. si Materia-integra est: - si corrupta est 2, 10, 15 *opp.* si Musculi integri sunt 5, 26, 249 *opp.* laesi. ex quo [Omento] si quid jam nigri & emortui est, forfice excidi debet: si quid integrum est 7, 16, 12 *opp.* Os integrum 8, 2, 4. quae integri Ossis nota est 8, 2, 6 *opp.* vitiatum. accedere etiam cruoris aliquid integro [Ossi] supra dictum est 8. 2, 13. in ipso fine vitiosi Ossis atque integri 8, 3, 12 *opp.* donec integrum Os relinquatur 8, 3, 16 *opp.* corruptum. vix unquam nigrities integrum, caries per totum Os perrumpit, maximeque ubi vitiata calvaria est 8, 3, 17 *opp.* affectis otis Partibus ceratum, integris item sinapi, donec erodat, imponere (prodest) 4, 2, 37. deducenda (chalazia) ab integris Partibus sunt 7, 7, 15. si inferior Pars (ossis) integra est, eatenus, quod corruptum est, excidi debet 8, 2, 24 *opp.* inter integram atque emortuam Partem (ossis) 8, 3, 37 *opp.* Paulum, *v. mox seq.* Quid integrum, quid corruptum sit I Praef. 43 *opp.* Quicquid corruptum est, excidendum, sic, ut ex integro quoque paulum dematur 6, 18, 49 *opp.* Quicquid corruptum est, sic, ut aliquid secum integri trahat, praecidi debet 6, 11, 52 *opp.* inflammatio in id, Quod integrum est, transit 5, 26, 224 *opp.* si is (Sanguis) crassus & niger est, vitiosus est, *caet.* si ruber & pellucet, integer est 2, 10, 50-51 *opp.* si Temporibus integris primum ibi, deinde alibi sudor incipit 2, 17, 18 *opp.* 16 tempora astringuntur.

¶ *cum Particulis:* Adhuc 1, 10, 1. Bene integro capite 6, 2, 4 Ex integro paulum 6, 18, 49, Ex toto integer 3, 4, 55. Jam 2, 17, 15. Maxime 2, 17, 15. Quam, *v. cum* tam. antiqui enim Quam integerrimis corporibus alimentum offerebant 3, 4, 51 *synon.* 52 quam sanissimo. Quam integerrimo (aegro) dandus est (cibus) 3, 4, 55. dare (cibum) Quam integerrimo corpore 3, 5, 30. jamque corpus Tam integrum est, quam maxime esse in eo genere valetudinis solet 2, 17, 15.

Integritas, atis. aliae (febres) sic desinunt, ut ex toto sequatur integritas 3, 3, 12. quo loco vero integritas est, eodem est remissio 3, 4, 56 *opp.* sin-quotidie quidem increscunt (febres,) sed sine integritate tamen remittunt 3, 5, 11. quamvis unam accessionem (febris) secuta integritas est 3, 5, 3. alias per sudorem ad integritatem venitur (*in* febribus,) alias corpus tantum imbecillius redditur 3, 3, 19 *opp.*

Intelligo, ere. quotiescunque non adjicio, quod genus humoris adjiciendum sit, aquam intelligi volo 6, 6, 131. Ex his autem intelligi potest, non convenire *caet.* 2, 25, 5. *add.* 3, 4, 32. in cubito autem tria coire ossa, *caet.* Ex his, quae prima parte hujus voluminis posita sunt, intelligi potuit 8, 16, 1. mitti vero (sanguis) necne debeat, Ex his intelligi potest, quae *caet.* 4, 3, 7. quantum curatio efficiat, quantumque aut sperari aut timeri debeat, Ex quibusdam signis intelligi potest 7, 3, 1. quod Ex sede vulneris, & Ex magnitudine ejus, & Ex impetu ruentis sanguinis intelligi potest 5, 26, 95. quod intelligi potest & Ex loco, & Ex magnitudine doloris, & Quia *caet.* 7. 4, 11. &, ut Ex scriptis ejus intelligi potest, horum eruditissimus 7 Praef. 11. si quod fragmentum undique resolutum cum caeteris non glutinabitur, intelligetur quidem Ex humore 8, 5, 21. Facile intelliget, omnes (species) ex una causa pendere 2, 14, 6. sed Facile id intelligitur, ubi 7, 2, 19. ubi maxime pus subsit, Sic intelligemus 8, 9, 25.

Intemperans, ntis. intemperantes homines 2, 16, 5.

Intemperantia, ae. saepe, si qua intemperantia subest, tutior est in potione quam in esca 1, 2, 17. an intemperantia libidinis (morbum fecerit) I Praef. 85. amicum quendam ejus (regis,) notae intemperantiae 3, 21, 10.

Intempestivus, a, um. intempestivus risus (insanientium) 3, 18, 35.

Intendo, ere. Brachium, *v. cum* in, *& inf.* manus. rectam & immobilem Cervicem intendit (morbus τέτανος) 4, 3, 2. si in alam humerus excidit, & vel puerile adhuc est Corpus, vel molle, certe imbecillibus nervis intentum est 8, 15, 4. Cutis circa frontem dura & intenta 2, 6, 2 atque ita Cute intenta 7, 7, 3. extento scroto, ut Cutis inguinis intenta sit 7, 19, 5. ut non satis intestina contineat (*abdomen,*) hisque intenta Cutis indecore intumescat 7, 17, 3. intendere autem Digitum, vel aliud quodque membrum,

Palpebrae non committuntur, ſed inter has ex albo oculorum aliquid apparet 2, 6, 8. ſubjecto inter Parietem & caput ejus ſcorteo pulvino 8, 12, 5. ſubitque inter integram atque emortuam Partem caruncula 8, 3, 37. latera quoque inter duos Proceſſus (vertebrarum) tenuibus cavis pervia 8, 1, 45. *add. ib.* per quas (membranulas) inter Se tria iſta (jecur, lien & ventriculus) connectuntur 4, 1, 22. malum Punicum excavare, exemtisque omnibus Seminibus membranas, quae inter ea fuerunt, iterum conjicere 4, 19, 25. frontem ipſam ſecans (ſutura) inter Supercilia finitur 8, 1, 11. frontis ea parte, quae paululum ſuper id eſt, quod inter Supercilia eſt 8, 4, 79. exit autem ſanguis ex vulnere recenti, aut jam ſaneſcente: ſanies eſt inter utrumque Tempus 5, 26, 69. inter Tunicas (teſticuli) is (humor) increſcit 7, 18, 24. humori, qui inter Tunicas eſt *ib.* 25. modo inter ſummam & mediam (Tunicam,) modo inter mediam & imam conſiſtit (humor) *ibid.* 25. ſi inter ſummam mediamque Tunicam eſt (humor) *ib.* 32. aliquando caro quoque inter Tunicas (teſticuli) increſcit *ib.* 41. quae (membranae) inter ſummam mediamque Tunicam ſunt 7, 19, 28. inter imam Tunicam & ipſum teſticulum nervumque ejus 7, 22, 17. membrana ſemper inter has Venas 7, 22, 14. inter Verticem & frontem 7, 7, 165. inter Verticem ac frontem *ib.* 175. multo oleo calefacto inter ipſa Veſtimenta perfundatur 3, 12, 15. inter Unctionem autem & frictionem multum intereſt 2, 14, 9. ſi quis perinfirmus eſt, poteſt ſatis eſſe quinquagies (perfricare:) ſi robuſtior, poteſt ducenties eſſe faciendum: inter Utrumque deinde, prout vires ſunt 2, 14, 21. *conf. ab init. ſupra.*

¶ *i. in, ex, caet.* ut inter opportunam Abſtinentiam cibo opportuno omiſſis caeteris nutriatur 3, 7, 12. inter naturales Actiones (ratione opus eſt ipſi medicinae) I Praef. 79. quae (*ſimplicia*) inter Aromata afferuntur 3, 21, 26 *i. cum.* inter non multa Auxilia adverſae valetudinis, plerumque tamen eam bonam contigiſſe I Pr. 8. *t. dum erant.* inulae quoque radix inter valentiſſima Auxilia eſt 4, 22, 8. inter obſcuras Cauſas (morborum) I Praef. 79. eſtque inter Cauſas timoris, ſi 7, 3, 7. inter has autem Curationes, poſt intermiſſionem aliquam, proſunt balneum & vinum 6, 6, 133. quae (Curatio) numerari inter difficillimas poteſt 7, 29, 2. inter Digitos eſt (vulnus) 5, 26, 23. neque inter magnos Dolores, neque increſcente morbo 3, 6, 43. inter Eos, *v. inf.* inter ignotos. inter Ea, quae ars adhibet, naturam plurimum poſſe 2, 8, 59. *conf.* 5, 19, 27. quum vero inter Extenuantia poſuerim vomitum & dejectionem 1, 3, 34. inter Febres fluens (alvus) 2, 4, 22. ubi frigidus ſudor inter Febres non acutas circa caput tantum & cervices oritur 2, 5, 4 *Hippoc. ξύν.* quod inter Febres aliqua parte abſceſſit 2, 5, 5. quaedam autem ſunt, quae ante Febres, quaedam quae inter eas, quid aut intus ſit aut venturum ſit, oſtendunt 2, 7, 2. inter omnes Flexus (colli) 8, 1, 53. inter omnes crurum Flexus juncturam tuetur (patella) 8, 1, 107. inter multa ſimilia Genera & morborum & remediorum cogitare, quo potiſſimum medicamento ſit utendum I Pr. 83. inter haec *i. dum haec fiunt* 1, 3, 47. 57. 2, 6, 1. 2, 7, 47. 2, 8, 27. 98. 3, 25, 10. 4, 20, 7. 5, 26, 87. 6, 13, 3. 7, 26, 24. 132. 7, 31, 9. 8, 10, 123. inter Haec deinde 5, 26, 225. inter Haec quoque 4, 4, 82. inter Haec tamen 4, 6, 11. inter Haec vero 7, 26, 119. non oportere eſſe vel ſolos, vel inter Ignotos, vel inter eos, quos *caet.* 3, 18, 80 *i. cum.* ſternutamentum etiam inter bona Indicia eſt 2, 3, 6. inter Initia 2, 8, 4, 4. 3, 1, 13. 3, 8, 6. 4, 12, 3. 6, 6, 201. 8, 9, 30. inter ipſa Initia 2, 7, 82. inter Initia protinus 3, 22, 24. 6, 6, 101. 6, 7, 4. protinus autem inter Initia 3, 2, 1. protinus ergo inter Initia 3, 25, 6. inter Initia ſtatim factum 4, 24, 3. ne inter Initia quidem I Praef. 54. inter Initia tamen 3, 21, 13. inter haec Loca maxime ex genibus 5, 26, 75. inter inteſtinorum Mala tormina eſſe conſueverunt 4, 15, 1. quem inter priſcos maximosque Medicos fuiſſe, jam poſui 7, 5, 24. inter notiſſimos Morbos eſt etiam is, qui 3, 23, 1. neque id vitium ullum metum, niſi inter Muſculos, qui tempora continent, affert 8, 4, 33. inter Neceſſaria, *v. inf.* ſupervacua. inter duriſſima Oſſa numerandum (jugulum) 8, 1, 71. eſtque ejus (*chirurgiae*) effectus inter omnes medicinae Partes evidentiſſimus 7 Praef. 3. inter Principia 2, 7, 80. 3, 22, 26. 7, 27, 20. inter Principia protinus I Pr. 56. id genus quamvis inter Purulenta eſt 6, 18, 38. inter domeſticas vero Quadrupedes leviſſima ſuilla (caro) eſt 2, 18, 22 *ſynon. eodem cap. ſaepius* ex. inter Quae 2, 1, 38. 2, 8, 107. 3, 7, 5. 3, 21, 19. 4. 2, 48. 5, 26, 265. 8, 4, 32. 8, 10, 91. 95. balneum inter Res infeſtiſſimas eſt 5, 26, 189. ſi febris eſt, inter Rigores aſperioribus medicamentis opus non eſt 2, 13, 3. levior piſcis inter Saxa editus, quam in arena: levior, in arena, quam in limo 2, 18, 34 *ſynon.* ſed hoc quidem ſaepius inter Supervacua, quam inter neceſſaria eſt 7, 25 *extr.* haec (gangraena) in prominentibus membris, id eſt, inter Ungues & alas vel inguina (fit) 5, 26, 220. gangraenam inter Ungues alasque aut inguina naſci 7, 33, 1 *ſynon.* in, *v.* ala, inguen.

¶ *i. apud, una cum.* qui inter epulantes eos (inſanientes) collocarunt 3, 18, 40. haec inter eos parum conſtant I Praef. 37. de quibus inter auctores parum conſtat 7, 14, 1. neque de ullo magis inter omnes auctores convenit 6, 6, 8, 4. quum de iſta re neque inter ſapientiae profeſſores, neque inter ipſos medicos conveniat I Praef. 47.

¶ *de alternis vicibus, vel reciprocis factis.* quaedam (auxilia) non uno modo tantum, ſed etiam duobus inter Se non contrariis adjuvant 2, 9, 5. oportet autem membranam duabus lineis inter Se transverſis incidere ad ſimilitudinem literae X 7, 28, 5. ſemel utraque parte (*vulneris integumentis abdominis*) trajecta, permutandae acus inter Manus ſunt, ut ea ſit in dextra, quae fuit in ſiniſtra; ea veniat in ſiniſtram, quam dextra continuit: iterumque eodem modo per oras immittendae ſunt: atque ita tertio & quarto, deincepsque, permutatis inter Manus acubus includenda plaga 7, 16, 17-18. inter Se, *v. cum verbis* Aſtringo, Cedo, Coaleſco, Cohaereo, Committo, Comprimo, Conferveo, Connecto, Confero, Contingo. Dehiſco, Diduco, Differo, Diſto, Divido, Glutino, Implico, Involvo, Jungo, Miſceo, Permuto (*paulo antea.*) Recedo, Suo, Vincio.

¶ *cum aliis verbis, v. in ſuperiorib.*

Interea, *adv* intereaque 2, 17, 28. illud interea ante debebit attendere, ne 5, 27, 37 *i. ſaltem.*

Intercido, ere, *a* caedo. deligandae intercidendaeque ſunt (venae) 5, 26, 102.

Intercido, ere. *a* cado. ſive hac de cauſa concoctio intercidat, ſive de illa I Praef. 63. *ſed primae editt. legunt* incidat. medullâ vero, quae in ſpina eſt, diſciſſa, ſenſus intercidit 5, 26, 60 *i. perit, aboletur.*

Intercludo, ere. ne fortaſſe fiſtulam

Invitus,

magis venae prodeant 7, 7, 175. posthaec & farina hordeacea cum resina injicienda, & ipse demittendus in solium aquae calidae 7, 20, 8 *i. herniosus.* satis est, collocare id (corpus *aegri*) in sedili, & ex duobus ministris alteri imperare, ut-alteri, ut-ipsum posteriore parte residentem 8, 15, 6 *i. medicum.* sic brachium deligatum super scalae gallinariae gradum trajicitur, ita aliae, ut consistere homo ipse non possit 8, 15, 13 *i. aeger.*

¶ *i. modo dictus.* eademque ratione, quum spiritus gravis est, quum somnus aut vigilia urget, eum mederi posse arbitrantur, qui prius illa ipsa, qualiter eveniant, perceperit 1 Praef. 39. eamque (acum) transmitti (oportere) duplicem capillum muliebrem ducentem, atque ubi acus transiit, in ipsius capilli sinum-pilum esse injiciendum 7, 7, 73-74. excipitur autem crus infra osse ex transverso talorum, idque ipsum 8, 1, 114. quinque ossa recta ad digitos tendentia palmam explent: a quibus ipsi digiti oriuntur 8, 1, 91-92. inter omnes crurum flexus juncturam tuetur (patella.) ipsum autem crus est ex ossibus duobus 8. 1, 107-108. *conf.* 8, 11, 30.

¶ *i. praesens.* ulcus, quod aut ante, aut in ipso morbo natum est 2, 6, 13. nonnunquam etiam in ipso morbo dierum ratio mutatur 3, 4, 41 *i. in medio decursu morbi.* initia morborum primum famem sitimque desiderant, ipsi deinde morbi moderationem 2, 16, 2. in ipsis accessionibus 3, 7, 13. in ipsa febre 3, 9, 6. in ipso impetu ejus (febris) sanguinem mittere hominem jugulare est 2, 10, 32. dejicere animam vel in ipsa curatione vel postea 7, 3, 5 *opp.* in ipso opere 7, 33, 2. *caet.* quae ex vino & teruntur & in ipso usu deliquantur 5, 20, 17.

¶ *i. is, ille.* ubi vero febris aliquem occupat, scire licet, non periclitari, si in latus aut dextrum aut sinistrum, ut ipsi in usu est, cubat 2, 3, 1. os etiam ejus elui potest, ubi & siccum est, & ipsi foetet 3, 4, 18 *synon.* si pulex intus est, compellendum eo lanae paululum est, quo ipse si subit, & simul extrahitur 6, 7, 96. expedita curatio est in fistula simplici, recenti, intra carnem: adjuvatque ipsam corpus, si juvenile, si firmum est 5, 28, 163. *add. ib.* 279. pronum hominem collocandum esse & extendendum, tum calce aliquem super ipsum debere consistere 8, 14, 8.

¶ *i. idem.* si qua singulis, vel etiam paucis commodata sunt, in ipsorum locum differamus 5, 17, 7. ex curatione vero unguis, ut dixi, vitia nascuntur, quae ipsa aliis quoque de caussis oriri solent 7, 7, 41, *conf.* 4, 20, 20.

¶ *i. ejusmodi, talis.* interdum autem per ipsa ulcera coles sub cute exesus est 6, 18, 42.

¶ *i. ego ipse.* eum laudo, qui quam plurimum percipit: ipse autem huic parti ea reliqui, in quibus 7 Praef. 18-19. Asclepiades multarum rerum, quas ipsi quoque secuti sumus, auctor bonus 4, 4, 43.

¶ *i. hic quoque.* tussis vero fere propter faucium exulcerationem molesta est, quae multis modis molesta est: itaque illis restitutis ipsa finitur 4, 4, 51.

¶ *i. is ipse.* utilis est, exiguum aliquid, & ipsum siccum, sine carne, sine potione, sumere 1, 3, 75. quod suppurat, ea parte, quam afficit, dolorem inflammationemque concitat, ipsumque calidius est 2, 7, 89.

¶ *i. speciatim.* neque vero in generibus rerum tantummodo discrimen est, sed etiam in ipsis 2, 18, 27.

¶ *i. praecise, constitutus, caet.* ante ipsum lunae solisque concursum 1, 4, 3. in utraque curatione homo ante per triduum bibere aquam, pridie abstinere etiam a cibo debet: ipse autem die collocari supinus, *caet.* 7, 19, 3-4 *sc.* curationis. si inter ipsa initia sanguis e naribus non fluit 2, 7, 82. in arteria (aspera) sub ipsis faucibus singula est (*epiglottis*) 4, 1, 8. vesica autem (*urinae*) in ipso sinu 4, 1, 34. incidere satis altis plagis sub ipsis maxillis 4. 4, 13. paulatim deinde juxta labrum ipsum ex eadem aqua leniter infundere (in pelvem) 4, 24, 13. sub ipsis vero auribus oriri παρωτίδες solent 6, 16, 1. duobus hamulis ea (tunica) juxta ipsas oras apprehendi debebit 7, 20, 13. eâ (terebra) foramen fit in ipso fine vitiosi ossis atque integri 8, 3, 12. quod (*membrum*) juxta ipsos articulos ictum est 8, 10, 81. ad ipsos talos intumescit (os *fibulae*) 8, 1, 111.

¶ *i. in se, per se, suâ naturâ.* in oculis quae manum postulant, & ipsa diversa sunt, & aliter aliterque curantur 7, 7, 1. nihil tam facile in corpus quam sagitta conditur, eademque altissime insidit: haec autem eveniunt &, quia magna vi fertur illa, & quia ipsa angusta est 7, 5, 15.

¶ *i. solus.* quidam ne vomitum quidem exigunt, sed ipsâ aquâ frigidâ, tantum ad satietatem datâ, pro medicamento utuntur 3, 7, 21 *de causa.* & intrita ex hoc (vino,) & hoc ipsum-dandum est 3, 19, 14. si venter astrictus est, dandum est castoreum cum scammonea: si non est, per se ipsum castoreum cum aqua dandum est 3, 20, 20 (*potest etiam reddi per idem.*) interdum autem, qui sanguinem ipsum suppressit (*in haemoptysi,*) satis ad valetudinem profuit 4, 4, 74 *synon.* 75 sanguis tantum. quum omnia fere medicamenta stomachum laedant, malique succi sint, ad ipsius victus rationem potius omnem curam suam transtulit 5 Praef. 4. in rotundo (calculo) nihil interesse, ex ipsa figura patet 7, 26, 44. tum id (corpus infantis *in utero* emortui) leniter per ipsas manus recipiendum est: nam uncus injectus putri corpusculo facile elabitur 7, 29, 25-26. his (pedibus infantis) apprehensis, per ipsas manus commode educitur *ib.* 27. *conf* 7, 3, 6.

¶ *i. etiam, simul, pariter.* si acetum offendit, purâ rosâ utendum est, si rosa ipsa laedit, oleo acerbo 3, 10, 4. fere vero antiqui tales aegros (phreniticos) in tenebris habebant, eo quod illis contrarium esset exterreri, & ad quietem animi tenebras ipsas conferre aliquid judicabant 3, 18, 13. at Asclepiades, tanquam ipsis tenebris terrentibus, in lumine habendos eos dixit *ib* 14. aqua pura calida, vel ea quae ipsa quoque astringat, dari debet 4, 15, 17. cum ipsis corticibus suis Punica 4, 19, 21 (*vel abundat hic* id ipsis) coxis proxima genua sunt, in quibus ipsis nonnunquam dolor esse consuevit 4, 23, 1. φλυζάκιον autem paulo durior pustula est, subalbida, acuta, ex qua ipsa quod exprimitur, humidum est 5, 28, 245. jamque ipsa vetustate res matura est 6, 6, 72. in quo ipso videndum est, ne quid *caet.* 8, 4, 28. *v.* Hic ipse.

